

Interpretes nostri in servitute esse & servum esse; illud facti hoc

*Manumissi-
onis quiddi-
tas.*

tar, vel cum Donell. d. l. *legitimam* seu *jure constitutam*, ut ab illegi-
timâ seu putativâ, in quâ quis ex errore ut servus detinebatur, reve-
vera tamen libertas ipsius nè quicquam violabatur, probè discer-
natur. Manumissio ipsa describitur hic per de manu dationem
& ab Ulpianô in l. 4. π de J. & J. per de manu missionem seu li-
bertatis dationem. Manum aliqui in sensu propriô pro membro
corporis humani accipiunt, quis, ut Cujac. lib. 5. obs. c. 13. putat,
manus manumisso immittebatur seu imponebatur, i. e. alapa per-
cussus circum agebatur, vel juxta Forner. i. rer. quot. 9. in manu capri
manu quoq; erant dimitteadi §. 3. Inst. de J. P. l. 4. π de J & J. Ipse
autem Justinianus vocem manus in sensu impropriô & metapho-
ricô pro potestate non tamen in sensu latiori, quô patriæ etiam ma-
nus tribuitur & emancipati manumissi dicuntur l. 28. π de adopt.
l. 107. π de V. O. Rubr: π si quis à parent manu. §. 6. Inst. quib. mod.
patr. pot. diff. sed strictiori pro dominicâ accipit. Ex hac igitur
dimissi libertatem non novam ac si ea juxta Gvilelmum
antiquum juris interpretem sine diminutione arg. l. 63. §. 3. π d.
leg. 3. at instar luminis manumisso fuisse communicata, nec alien-
nam ut Gothofred. in not. ad l. 4. π de J. & J. existimat, duplicem
in Dominiô libertatem, alteram propriam, alteram alienam, quam
in servô habet supponens, (annotatio certè judiciô Rebharrii ho-
dog. Juris p. 34. tanto ICTO indigna) sed veterem & à natura ipsis an-
tea competentem, remotô manumissionis obstaculo receperunt.
Vacon. 6. declar. 36. Hillig. Donell. enucl. lib. 2 c. 11. tit.

*Manumissio.
vel immedi-
atè.
vel mediare
& ita*

*vel conven-
tione
vel facta, eodq;
vel solenni*

*coram Epi-
scopo.*

XXV. Manumissionis deniq; difformitas ex modorum,
quibus ea expediebatur, diversitate petenda. Nimirum manu-
missio fiebat vel *immediatè* ex legis dispositione: id quod variis ob-
tinebat modis, præcipuè verò, si servus necem domini detulerit,
aut eum falsè monetæ reum, militiæ desertorem, sive deaiq; vir-
ginum raptorem detulerit. l. 5. C. qui sine manumiss. l. 1. C. pro quib.
caus. serv. pro præm. lib. accep. vel mediatè. Idq; iterum duplici con-
tingebat modô, sive *conventione*, utpote, si servus eâ lege à priori
Dominiô alienatus fuerit, ut intra certum tempus manumittere-
tur, t. t. C. si mancip. ita fuer. alien. sive facta ex parte tantum Domi-
ni manumittentis interveniente. Id iterum vel *solenne* vel *minus*
solemne. Illud expediebatur vel coram Episcopo & cœtu civium in
Ecclesiâ congregatô, t. t. C. de his qui in Eccles. manum. Ex ex hoc
manumissionis modô vulgare illud ad verbum extemplo illicô seu

com